

ductas respondit reverendissimo domino Caetano de divina institutione pontificatus Romani¹? Quid de primatu Petri Eccio², quem hic nil nisi ignominiam retulisse gloriatur? Quid de potestate papae doctissimo et eloquentissimo Fabro Constantiensi³? Quid disertissimo Radino Todischo, qui eum accusatione primum convicit, deinde damnatum altera oratione palam triumphavit⁴? Cur non respondet nunc illi pro seipso Philippus Melanchthon, qui petulanter prius responderat ei pro Lutheri⁵? Qualiter autem responderit vitulinus iste triumphator serenissimo et omni posteritati admirando regi Angliae Franciaeque⁶, ne Lutherani quidem ipsi ignorant erubescerent in consessu, si quando ea de re incidat mentio. Certe una Erasmi epistola, in qua huius regis librum ingeniumque et pietatem, licet admodum parce et modeste commendat⁷, plus habet momenti fideique apud omnes bonos, quam habeant omnes barbarici crepitus infruniti huius vituli. Quod me autem caeteris adversariis suis⁸ tanto inferiorem facit, libenter sane et cum

Responsio
Lutheri contra regem
Angliae

1 respondit] respondet? Quid respondet B 4 Radicio B 6 pro se ipso] in se converso B 7 pro Lutheri] Lutherum accusanti B 14 Quod] Licet B

disputationis contra Martinum ad universas ecclesias" (1521). Schweizer 289f. Nr. 6f. Lauchert 2. 48. — Cochlaeus hatte einst den Catharinus für sich und Emser von Aleander erbeten, Frankfurt, 22. Mai 1521. Friedensburg 114. Sein und Aleanders Urteil über ihn, ebd. 124, bzw. 124 Anm. 7. Vgl. Lauchert 6, 42f., 59f. Im J. 1548 benützte Cochlaeus die Reden in diesen zwei und in einer dritten Schrift des Catharinus zu einer besonderen Publikation. Spahn 368 Nr. 176. Schweizer 207.

1) „De divina institutione Pontificatus Romani Pontificis super totam ecclesiam, a Christo in Petro" (Romae 1521, 22. März). Lauchert 142. 2) „De primatu Petri adversus Ludderum libri tres" (Ingolstadt 1520). Wiedemann, 150, 517ff. LWW 2, 707 Anm. 1. 3) „Opus adversus nova quaedam et a christiana religione prorsus aliena dogmata Martini Lutheri" (Rom 1522), der sogen. Malleus. Horawitz 112. Vgl. ebd. 131f. 166f. Spahn 342 Nr. 6. 4) Thomas Rhadinus Todischo: a) „Ad illustriss. et invictiss. principes et populos Germaniae, in M. Luterum . . . nationis gloriam violantem oratio" (Romae 1520, August), b) „In Philippum Melanchthonem Lutheranae haereseos defensorem oratio" (Romae 1522, 1. Mai). Lauchert 178—184; 194—199. 5) Melanchthon schrieb gegen die erste Rede unter dem Titel: „Didymi Faventini adversus Thomam Placentinum oratio pro M. Luthero theologo". CR 1, 288—358. 6) Gegen die Schrift König Heinrichs VIII. von England „Assertio septem sacramentorum adversus M. Lutherum" (London 1521, 12. Juli) schrieb Luther „Contra Henricum regem Angliae" (1522). LEV 6, 385—448. LWW 10, 2, 180—222. 7) An Herzog Georg von Sachsen, Basel, 3. September 1522; an Markus Laurinus, Basel, 1. Februar 1523. Erasmus 3, Teil 1, 731 ff. nr. 635; 748 ff. nr. 650. 8) Auch in seinem Brief an Aleander, Frankfurt, 27. September 1521, macht Cochlaeus eine Zusammenstellung. Friedensburg 124. Dort wie hier ist keine Vollständigkeit an-

gaudio agnosco. Sed nescit bos imprudens tanto maius fore dedecus ipsius, quanto manifestius ab omnium minimo nullarumque sibi virium
 3 conscio de tot criminibus erroribusque et || blasphemis convincetur; [A *iiij*^o]
 id quod minime in ullam partem laudis referri dignum puto, nisi quam
 mereatur forsitan zelus pietatis, indignationis || molestia tediumque Bij^r
 6 fastidiosi laboris. Non est enim difficile biformi huic vitulo, usque Non est dif-
 adeo furenti et affectus animi absque omni rationis et prudentiae ficile aut
 freno pleno impetu bestialiter sequenti, ostendere infinitos errores, magnum
 9 impietates, blasphemias, maledicta, mendacia, contrarietates, breviter Lutherum
 quicquid inest pessimarum artium machinationumque malae menti et
 malo animo. Quod sane optime notavit doctissimus et cordatissimus
 12 pontifex noster Adrianus VI., qui hac hyeme iam praeterita inter Ex epistola
 caetera sic scripsit Coloniensibus¹: „Quare vos et quemlibet vestrum Adriani
 in Domino hortamur etc., ut vos, qui ab initio pestiferam et pernicio- Papae VI.
 15 sissimam hanc doctrinam semper detestati estis, nunc adversus eandem
 non tam sua subtilitate (quae nulla est), quam eorum, qui occurrere Nulla subtili-
 deberent, negligentia et zeli domus Dei² defectu, cancri more quotidie tas haeresis
 18 latius serpentem³, pro vestro quisque captu doctrinae salutaris anti- Lutheranae
 dota opponere et latitans venenum sub melle sanctorum verborum,
 quae illi perversis dogmatibus suis admiscent, christifidelibus docendo,
 21 scribendo, praedicando patefacere studeatis. Erit vero (inquit) hoc
 tanto facilius, quanto haereses ipsae crassiores minusque defensabiles
 esse probantur. Nos certe huc usque nihil tam subtile ex huius sectae
 24 assertionibus legere vel audire potuimus, quod non quivis in sacris
 literis vel mediocriter exercitatus facile coarguerit, immo vero, quod
 non sepius ab ecclesia et a priscis catholicis luculentissime repro-
 27 batum diligens lector invenerit.” Haec summus pontifex. Vanissima Vana Lutheri
 est igitur barbari huius vituli iactantia impudensque philautia, qua philautia

1 maius] magis B 4 quod] + mihi B 11 votavit B 12 Adria-
 nus VI.] Adrianus ultimus B 13 Quare vos] Quare ne huiusmodi maledictio vos
 involvat, vos H 14 hortamur etc.] hortamur et per viscera domini nostri Ihesu
 Christi eiusque preciosissimum sanguinem obtestamur H 28 barbari < B

gestrebt. Nicht genannt z. B. ist Erzbischof Christof Marcellus von Corcyra, „De
 autoritate summi Pontificis et his, quae ad illam pertinent. Adversus impia M.
 Lutherii dogmata” (Florentiae 1521, Juni), auf welchen Horawitz 112 Anm. 4 auf-
 merksam macht. Besser bei Lauchert 233—238.

1) Breve an die Kölner Universität *Quoniam unicuique* vom 1. Dezember 1522.
 S. dazu oben S. 16 Anm. 2. 2) Vgl. Ps. 68, 10; Joh. 2, 17. 3) 2 Tim. 2, 17.

seipsum sic laudat viresque suas iactitat, credens stultissime, si quando ab uno aut altero poëta laudatoriam acceperit epistolam, mox volitare sese simili laude per ora quorumlibet gravium doctorumque virorum; aut si quando ad populares conciones eius rustica plebs Wittenbergensis agri accurrat, mox totum orbem christianum in ipsius verba simili levitate iuraturum esse. 6

Martinus Lutherus.

Sed erat una solatii spes, quod liceret gloriari: Ego scripsi unum librum contra Lutherum. Siquidem multis aliisque libris in me scriptis nihil est opinionis et gloriae, quam quod hoc titulo vehuntur: Contra Lutherum. Ego, citra et praeter votum meum in publico exaltatus per Christum, cogor ista stercora mecum in sublimi vehere, ut vulgo dicitur de luto rotis haerente, ut semper summa petit livor impotens. 1

Bijv

Iohannes Cochlaeus.

Sed multo impudentissima est ea iactantia, qua libris nostris nihil gloriae et opinionis esse dicit, „quam quod hoc titulo vehuntur: Contra Lutherum”. Ego certe libris meis nihil gloriae opto aut arrogo, quos in abominabile nomen illud scripsi, e quibus duo duntaxat latine scripti nuper editi sunt, reliqui² vero deinceps edendi. Mallem autem (teste Deo) omnes eos libros uno eodemque rogo statim ipse comburere, si possem a Germanis nostris impetrare, ut Luthericos quoque libros (quos in aeternum iudicium interitumque animarum suarum contra pietatem et obedientiam tenent) mox meo exemplo in ignem proiicere vellent. Tantum abest, ut ex nefasto et funesto nomine ²⁴ B* love Lutheri gloriam aut opinionem quaerere mihi desiderem.

Martinus Lutherus.

Iam quantum est dementiae argumentum, quod gloriatur sese Wormatiae sic mihi locutum, ut ad lachrymas cogeret. Non imputabo hoc nequitiae, sicut dixi, sed dementiae. Malo eum insanum et misericordia dignum, quam malum et odio dignum haberi; alloqui si compos sui sic impudenter mentiretur, quis non Cocleum insignem nebulonem iudicaret? scilicet iste Pericles Lutherum ad lachrymas moveret, qui sic pueriliter loquebatur et agebat omnia

2 aut] ab B 8 solatii L solarii A 22 suarum < B 25 aut] ad B

1) LWW 11, 296 Z. 16—21 (VI). 2) Zu verstehen sind wohl „De autoritate ecclesiae et scripturae libri duo” und „De fomite peccati”. Spahn 343f. Nr. 14f.

Wormatiae, ut ab omnibus, qui aderant, etiam me invito et prohibente tanquam fatuus rideretur. Testem appello suam ipsius conscientiam, si sanus meminit, quantum vel ab uno D. Hieronymo Schurff salis et nasi passus est, tum maxime, cum vellet sapientissimus et prorsus armatus ille Cocleus videri, sensit enim et indigne etiam tulit.

6 Sic et hoc mendacium morbo tribuerim non malitiae, quod iactat triumphum, nempe quod oblatum duellum recusarim. Teste etiam Cocleo, sic res habet: Cocleus sive propria stultitia sive alienis verbis subornatus postulat a me, ut fidem publicam Caesaris resignarem, tum sese velle mecum disputare palam. Hic antequam ego responderem, communi cachinno excepta hominis absurditas est. Pars eum insanire putabat, ut qui disputare nollet, nisi fide publica postposita, quasi disputari non possit salva fide publica. Pars vero proditorem malignum arguebat, qui non disputationem quaereret, sed ut exutum fide proderet papistis. Pessimo nomine sese tum Cocleus et omnium odio per hoc verbum oneravit, quo se in perpetuum non exonerabit. Et nunc gloriatur pulchra ista testudo, sese mihi recusanti duellum obtulisse, et cantat victorias, cum ego nec disputationem recusarim nec fidem publicam resignare detrectarim. Vides itaque, cuius autoritatis esse debeat isto libello Cocleus, quem tam impudentibus mendaciis auspicatur, nec dum pudet eum Wormatiae fuisse derisum, gloriatur vero in turpitudine sua. Hoc nimirum est, quod suam illam insaniam hoc libello ornare anhelat, quod adhuc mihi unus duellum offert, magnificis verbis et minis id agens, ut qui legunt, ex animo eum loqui credant. Obsecro, cur hoc non faciebat Wormatiae, ubi valatus erat Caesaris et papae tutela et praesidio? Sed testudini convenit haec tarda et sera gloriatio, post amissos triumphos. Cur non adhuc me accedit Wittenbergam, aut vocat in locum tutum? Quid est, quod inanibus verbis crepat testudo ista? scilicet quia novit nunquam fore, ut mecum congregi possit, secure triumphant hic arma viri sine adversario. Du arme schnecke, was soltistu disputiren? Testudo es et aliud nihil, et cornua tibi testudinis sunt formidine tantum et fuga nobilia; quae ubi nihil sit, quod obstat, satis audacter sese in vacuum erigunt. Ubi autem vel aranei filum occurrit, retro fugiunt. Sed ego plane hoc tribuo divinis consiliis, ut papae et papistae fere nullos habeant patronos, nisi qui vel insigni inscitia vel mendaciis impudentibus semper suam autoritatem traducant, ne quis amplius per abominationem Romanam decipiatur. Nullus adhuc adversus me scripsit, qui non sit insiniter et palam ac multis modis mentitus. Plorandam certe sortem papae, quod sui non nisi mendaciis profecti in arenam descendunt. Nec desinunt tamen mentiri, postquam multos vident a me palam convictos, uno furore mentiendi omnes pergunt. Habes ergo, Nesene, hic partem armorum, quae virum illum decent; et quem decerent arma talia, nisi talem virum? ¹

17 resignare] offerre L 37 protecti L

1) L W W 11, 296 Z. 22—297 Z. 33 (VII). — Zum Schlußsatz vgl. oben S. 13 Anm. 3.

Iohannes Cochlaeus.

Maxime vero miror, qua fronte negare audeat meticulosus iste
 Colloquium Wormaciense semivir, quae ego Wormatiae cum ipso in tot complicum suorum con- 3
 spectu egi et locutus sum¹. Ubi manserunt, quaeso, Nesene, acta
 Cochlaei, quae tu mihi e Wormacia reverso post triduum hoc in loco,
 ubi nunc scribo, simulata amicitia narrabas², et adiciebas, colloquio 6
 illi nostro sex interfuisse comites³. Ego vero neminem prorsus ex
 omnibus assidentibus et astantibus de facie noveram, praeter eos tres,
 quos ante prandium coram reverendissimo D. archiepiscopo Treve- 9
 rensi⁴ compellaveram. Assidebat autem unus veste splendidiore in-
 Biiij^v datus, quem ego tum falso putabam || duces Fredericum esse, cum
 intellexerim postea comitem fuisse de Mansfelt⁵. Quem igitur hic in 12
 Mendacia vituli testem contra tot ludificantis et tergiversantis vituli mendacia invo-
 cem aut producam? Cur non editis conficta in me acta vestra, ut
 inde saltem addiscam sex illorum comitum (de quibus dixeras tu mihi) 15
 nomina? Nondum sane persuadeo mihi, tot generosos viros dicturos
 esse, in gratiam unius Mendicantium fratrum vituli, contra suam
 conscientiam rei que veritatem. Sed et Ionam⁶ Ambsdorffiumque⁷ et 18
 illum ipsum (a quo me salis et nasi multum esse passum ait vitulus)
 Schurff⁸ in testes haud gravatim citaturus essem, nisi absterreret me
 quotidiana eorum cum vitulo isto familiaritas et conversatio. Quic- 21
 quid autem dixerint illi omnes, certe comes assidens nobis audivit,
 quam liberaliter absque omni ipsius periculo (de quo semel reclama-
 tum fuerat, antequam comes ille intraverat ad nos) petierim sub iudi- 24
 cibus cum eo disputare⁹. Et testis est mihi Deus, quem nullum latet
 secretum¹⁰, me semper iam ultra biennium eo fuisse pro fide catholica
 Zelus et animus Cochlaei zelo et animo, ut saepe optaverim, cum hoc vitulo perfido capitalem 27
 sub iudicibus, publica autoritate designandis, disputationem inire, ita
 ut necessario alter nostrum, quem iudices damnaturi essent, aut ignis

1) Bei Cochlaeus' Besuch Luthers in dessen Wohnung zu Worms (24. April 1521). Flugschriften 4, 180—208. LWW 7, 814ff. 2) Diese sogenannten Acta Cochlaei sind verschollen. 3) Vgl. DRA 2, 564. 607. 4) Richard von Greifenklau (1511—1531). 5) Graf Hoyer (?) von Mansfeld. 6) Lic. Justus Jonas von Nordhausen, Propst von Wittenberg. RE 9, 341—346. An ihn richtete Cochlaeus das Vorwort seiner Schrift „De baptismo parvulorum“. 7) Lic. Nikolaus von Ambsdorf, Domherr zu Wittenberg. 8) Hieronymus Schurff. Vgl. etwa Döllinger 1, 589—592. 9) Vgl. Flugschriften 4, 202ff. 10) Ez. 28, 3.

aut gladii supplicium mox pateretur. Et inter homines multis quoque
 3 testibus, ubi opus foret, docere possem, quod et ante et post Worma-
 4 ciense colloquium animum istum constantissime semper confessus sum¹
 (quod et tu probe nosti), ubicunque ea de re compellatus fui. Nolo
 cum scenico hoc vitulo inaniter disputare pro gloria aut ostentatione
 6 vana. De ingenio, eruditione, memoria aut eloquentia neque confido
 neque iactito quicquam. In his enim mea sponte non solum huic
 Thrasonico iactatori, sed et cuivis quamlibet mediocriter docto facile
 9 cedo. Caeterum in fide catholica fortiter asserenda, etiam per mortem
 et supplicia, tantum abest, ut huic vitulo aut cuivis sectatorum eius
 pavide cedam, ut ausim cum quolibet eorum (ubi visum fuerit expe-
 12 diens) capitale iudicium inire. Quid igitur umbratili verborum fortitu-
 dine adeo magnifice victorem sese iactat vitulus, qui re ipsa quavis
 muliere mollior, quolibet eunucho effoeminatior et evirator, omni cervo
 15 fugacior et quocunque lepore me- || ticulosior, nulli se iudicio credere
 aut submittere audet. Proh pudor, qui ante biennium inflatis inanium
 verborum buccis provocavit minaci ac plane taurina fronte papistas
 18 omnes in unum, is nunc uni parvae et infirmae Cochleae, cum sit
 ipse sua opinione maximus et robustissimus Minotaurus, se vicissim
 provocanti, nusquam nisi forte in || triobolari² et infami haereticorum [Biiij^r]
 21 spelunca, congregari audent, provocatus pridem Wormaciae in suo diver-
 sorio³, coram cohorte sua, provocatus et nuper publice in facie totius
 ecclesiae⁴. Quid ad haec dicitis, viri Lutherani? Quid, mulieres Luthe-
 24 riscae? Vitulus vester, cuius pater ante triennium (ni fallor) mille
 colla magnificis verbis offerebat⁵, nunc uni Cochleae ne unum quidem
 collum offerre aut opponere sub iudicibus audet. En vobis, „pellem
 27 pro pelle”⁶, collum pro collo, caput pro capite. Quid ad haec vitulus?
 O fortem ecclesiasten et evangelistam. Quando erubescetis tandem,
 o leves et inanes paleae?

10 sectatorum eius] mortalium *B* 11 eorum < *B* 21 provocatus—sua]
 prov. coram cohorte sua Wormaciae in s. d. *B* 22 nuper] nunc *B* 24 cuius
 pater] qui *B* 25 uni] vim *B* 28 fortem] + Danielem, Heliam *B*

1) Auch in „De gratia sacramentorum”, Bl. 41^r. 2) Etwa = für 3 Heller
 feil, billig. 3) Luther wohnte zu Worms im Johanniterhof. 4) Vgl. Cochlaeus’
 eigene Angabe in seiner „Commonitio”, 1531 (Spahn 354 Nr. 80), Bl. Biiij^rf. 5) Die
 Lutherzitate führt Cochlaeus in seiner um diese Zeit verfaßten, aber erst i. J. 1534
 publizierten „Confutatio” (Spahn 358 Nr. 107), Bl. d 4^v an. Zudem Anspielung auf
 den Satz auf dem Titelblatt von „Adv. armatum virum Cokleum”: Colum mulierem
 decet, et colus decet mulieres. 6) Job 2, 4.

Mendacio-
rum confu-
tatio

Sed mittamus modo seria, veniamus ad vestra bacchanalia. Si non est lachrymatus Wormatiae vitulus et coram Treviro et in suo cubiculo¹, cur muliebriter sudario toties extersit oculos? Si tantum salis et nasi passus sum a Schurffio, cur ille solus abeunti inde mihi sese comitem per plateas aliquot usque ad monasterium praedicatorum, in quo mihi erat hospitium, adiunxit, amica inter eundem confabulatione de tuis erroribus et de Philippo² vestro colloquens mecum? Si sensi et indigne etiam tuli sales et nasum eius, quod in ipsum retorsi scomma³? quo repressi cavillo? an non represseram paulo ante sub introitum Lutheri inaniter et superbe cavillantem eius fraterculum⁴?

Lutherus a
Cochlaeo vi-
liter habitus

Certe quod non fuerim inter eos pavidus (quamvis praeter 12 nepotem meum puerum⁵ nemo partis meae adesset), vel eo argumento consyderare potuerunt, quod Lutherum, quem infamem et excommunicatum haereticum sciebam, nulla unquam honoris praefatione, 15 nullo (ut alias fit et ego aliis facere soleo) titulo, nullo blandiori responso compellere dignabar. Quando enim dixi: Reverende pater? quando: Eximie domine doctor? Absit, ut unquam sic loquar notorio 18 haeretico. Nam et coram Treviro nolui eum sic alloqui, licet occulte optaverim, archiepiscopo, quem utique reverebar, animum hunc meum, quo adeo viliter habebam in colloquio Lutherum, notum esse. 21

Provocatio
ad aequale
periculum

Caeterum de publica fide calumniam vestram diluam (si opus fuerit) aeditione illius colloqui, quod mox reversus inde hic ad antiquissimum amicum meum⁶, dum recens adhuc erat mihi eius 24 rei memoria, scripsi⁷. Hic brevis esse cupio. Sciunt profecto, qui aderant, quod semel tantum provocaverim eum, ut ad aequale periculum disputaret⁸. Quod certe fieri non potuisset, nisi et ipse ex 27 promissa securitate in aequale mecum periculum descendisset. Atque

1ff. Hier folgt in B der von uns kursiv gegebene Zusatz, der sowohl eine nachträgliche Erweiterung als Streichung bedeuten kann.

1) Vgl. Flugschriften 4, 205. Cochlaeus, De gratia sacram., Bl. 5r.
2) = Philipp Melanchthon. 3) S. oben S. 21 Z. 2. 4) Johann Petzensteiner, Augustiner. 5) Wohl Johann Agrikola (Bauer) von Wendelstein. DRA 2, 625 Anm. 1. Flugschriften 4, 216 Anm. 72. 6) Georg Hauer. Flugschriften 4, 186. 7) Herausgegeben erst im J. 1540. Spahn 362 Nr. 139. 8) Cochlaeus, De gratia sacram., Bl. 29r, drückt sein Bedauern darüber aus, daß Luther von Worms frei abziehen konnte.

ut sic eum provocarem, in causa fuerat falsa doctoris cuiusdam¹
de ipso iactantia, quod scilicet paratus esset Lutherus fidei publicae
3 renunciare, si quis cum ipso disputare vellet. Quoties vero provo-
cavi eum deinceps || ibidem, ut absque omni periculo mecum dispu- Bjr
tarèt, modo ferret iudices?

6 O foetida iniquitatis et mendacii vasa. Si salva ei tunc per- Scelerata-
manebat fides publica (uti revera permansit), cur sceleratissimo nuper tum [!] Lu-
mendacio scripsit ad Bohemicum Schlik contra regem Angliae, th[er]i men-
9 quod Wormaciam ingressus sit, etiam cum sciret sibi violatam esse dacium in
a Caesare fidem publicam²? Si disputationem non recusavit, cur Caesarem
crebrius instanti mihi tandem demissis cum rubore oculis submissiori
12 voce et pene in aurem Teuthonice dixit: Ego nolo nunc facere? Si
tanta fuit ibi mea absurditas, cur post recusatam disputationem,
iussu comitis assidentis, abduxit me seorsum a turba in suum cu-
15 biculum? cur non potius exhibilavit? cur abire non iussit? Suum
enim, non meum erat illud diversorium. O leporem vitulinum vitu-
lumque leporinum, quam libenter tacuisset ea de re, si tacuissem
18 et ego³. Ipse enim per integrum fere biennium (tandiu enim nulla
mihi fuit aedendi commoditas) hac de re siluit, nullo in me interim
convicio debacchans.

21 Recte itaque scripsit in epistola ad Colonienses⁴ prudentissimus Verba Adri-
pontifex noster: „Et omnino (inquit) vix adduci possumus, ut creda- anipapae VI.
mus quenquam ex sectatoribus eius reperiri, qui non potius malitia,
24 vel noxiae libertatis ab illo promissae desiderio propriaque concupi-
scentia, vel aliena rapiendi cupiditate illectus potius quam simplicitate
deceptus, in huius haeresiarchae sententiam concesserit.” Haec pon-
27 tifex, et quidem verissime. Si enim audet nunc tot mendaciis timidi-
tatem illam Wormaciensem, quam adhuc hodie confitetur, — dum non
vult nisi ad ostentationem sub publica fide disputare —, excusare: quid
30 possum de tot eius complicitibus, qui tum praesentes fuerunt et sciunt,
quam egregie nunc mentiatur, aliud cogitare, quam quod scribit hic
sanctissimus pontifex noster?

22 (inquit) < H

1) Der Name ist bisher unbekannt. 2) S. oben S. 17 Z. 3. 3) Cochlaeus
brach das Schweigen in den vorausgehenden Schriften, De gratia sacram., Bl. 2^r, 5^r,
11^r, 29^r, 41^r; (De bapt. parv. IV, LIII^r). 4) S. oben S. 16 Anm. 2 und 25 Anm. 1.

Martinus Lutherus.

Veniamus nunc ad rem ipsam et reliquam armorum partem videamus armatae testudinis. Imitabor autem exemplum domini Coclearis, ut unum aut 3 alterum articulum, cuius maxime referat, confutem. Nam et ipse non totum Lutherum aggressus est, sed tres illas priores propositiones a me assertas adversus bullam Eccioleoninam. Igitur hoc maxime urget toto libello Cocleus, 6 ut falsum et haereticum faciat, quod passim asserui: Sola fide nos iustificari. Atque ut hic aliquod iucundum audias pro ratione istorum dierum, vide quaeso, mi Nesene, arma ista vulcanissima masculinissimi viri. Postquam multis pa- 9 trum dictis docuisset, per baptismum nos ablui a peccatis, per Christum deleri peccata, charitate operiri multitudinem peccatorum, et si qua sunt similia, tandem cogit perorator ille omnia in hunc suavissimum epilogum, dicens: 12 „Non ergo sola fides iustificat. Iustificat enim Spiritus sanctus, iustificat et gratia, iustificat et baptismus, iustificat et Christus, iustificat et charitas” etc. I nunc, Luthere, et nega Cocleum esse armatum virum. Tu, Nesene, forte vel 15 dirumperis indignatione vel fatiscis risu. At interim tuo imperio ego tempus perdo cum insulsa ista et stolidi testudine, quae adversus me scribens, non tantum saltem habuit cogitantiae, ut argumenti vim seu, ut cum testudine 18 arestotelissem, materiam subiectam praevideret, ut sciret, quid contra quid scriberet.¹

[Biii]v

Iohannes Cochlaeus.

21

Quod autem gloriatur vitulus, me non totum Lutherum aggressum esse, respondeo nunc verbis Eccii, quae Lipsiae audivit vitulus, ut habeant bacchantes isti Saxobohemi, quo latius pulmonem in risum 24 distendant. Totum, inquam, Lutherum aggressus sum, sed non totaliter²: totum, quia omnes eius vires provocavi; non totaliter, quia impossibile foret mihi omnes eius haereses ita reprobare, sicut repro- 27 bavi tres primos impiae assertionis eius articulos³. Credo enim futuros fore plures libros, si omnes eius errores ita sigillatim confutare deberem, quam sint omnes libri Ambrosii Hieronymique et Augustini. 30 Et prius quam contra singulos hoc modo scriberem, inveniret ille

Aggressus
totum
Lutherum

7 Sola f. n. iustificari] mit großen Buchstaben L 24 Saxobohemi]
Saxobohemici B

1) L W W 11, 297 Z. 34—298 Z. 17 (VIII). 2) Anspielung auf die berühmte Formulierung Ecks während der Leipziger Disputation am 1. Juli 1519: „deum effective producere totum opus meritorium, sed non totaliter.” (Seitz, Der authentische Text der Leipziger Disputation, Berlin 1903, S. 36, 3. Zeile von unten; vgl. ebd. 53 Z. 9)

3) „Assertio omnium articulorum . . .” (1520), L W W 7, 101—111. Auch schon „Adversus execrabilem Antichristi bullam” (1520), ebd. 6, 597—612, spez. 608 f. — Vgl. übrigen unten Bl. D 4^r, bzw. C ij^v.

interea triplo aut decuplo plures. Satius est igitur totam hanc hydram¹ semel exurere, quam singula eius capita singulis libris recidere. Quid
 3 autem habet circa primum illum suum articulum in omni sua assertione, quod non tetigerim atque etiam confutaverim et dissolverim? Totum igitur Lutherum atque etiam totaliter, quantum ad tres illos articulos
 6 primos attinet, non solum aggressus sum feliciter, sed et bene, iuvante Christo, convici atque confeci, et ita quidem prostravi, ut nunquam liceat ei ad eos resarcien- || dos me vivo in pedes surgere. Haec *Bij^v*
 9 dico, Nesene, non ut me aliquem esse putem, sed ut intelligat minax Minotaurus tuus, quam contemptibilis ipse sit huic tam parvae Cochleae, quae adeo secure sub tot scripturarum patrumque et conciliorum
 12 armis, quae ne ferreae quidem aut flammeae quoruncunque taurorum unguulae² perrumpere valeant, latitat. Et cur eum timerem, qui mox, ut serio respondere incipit, palinodiam mihi cantat? An id neges, *Palinodiam canit Lutherus*
 15 Nesene? Non potes profecto, si modo brevem titulum libri mei et articulum nudum Lutheri vel per transennam (ut aiunt) inspexeris. Ego enim de gratia sacramentorum librum meum inscripsi. At Lutherus
 18 in articulo istud haereticum esse asserit, sacramenta scilicet gratiam dare. Hic autem mox totum (quod circa eius articulum impugnaveram) recantat, et mihi consentit, quod baptismus salvet, quod iustificet, quod
 21 gratiam det, quod a peccatis abluat. Quid, obsecro, volui ego amplius? Quis nunc amicio est parvae Cochleae, quam iratus paulo ante, instar pueri mobilis, Minotaurus? Sed hoc mirum videri non debet,
 24 quia et ipse novellus adhuc et recens est vitulus, non senex taurus ut vir, sed semianniculus adhuc minotaurulus ut puer, iuvenculus, nondum iuvenus, bubulus, nondum bos perfectus. Nam vixdum
 27 transierunt sex menses, quando repertus est in utero vaccae³. *Vitulus sex mensium C^r*

Martinus Lutherus.

Et satis miror tam diligentem compilatorem non auxisse istum epilogum,
 30 cum Paulus ad Romanos XI[14] scribat, se conari, ut aliquos ex Iudaeis salvos faciat, ergo etiam Apostolus et praedicator salvat, non sola fides, quare Lutherus haereticus. Et cur non iuvenus Coclear istud in armis suis tam
 33 strenue sudans? et in ordinem statuamus modos salvandi magistraliter, sic:

8 me] ne A 8 surgere] resurgere B 21 abluet B 33 salvandi] + satis L

- 1) Vgl. Herkules' Arbeit mit der lernäischen Schlange. 2) Erinnerung an die unguila-Tortur bei peinlichen Prozessen im alten Römerreich (Christenverfolgungen).
 3) Hier schimmert die Anspielung auf das „Freiberger Mönchskalb“ durch.

Pater salvat, Filius salvat, Spiritus sanctus salvat, Christus salvat, gratia salvat, fides salvat, charitas salvat, sacramentum salvat, praedicator salvat, opera salvant. Decem nimirum sunt hic salvatores, ergo non sola fides salvat, 3
 ut taceam illum vulgatissimum salvatorem, nempe verbum Dei, quod verbum salutis dicitur, eo quod 'salvare possit animas' nostras, teste Iacobo¹. Et vide sapientiam nostram, istos modos salvandi volumus pulchre cum suis attributis 6
 et propriatis distinguere plane magistralissime: Pater salvat autoritative, Filius mediativae, Spiritus sanctus applicativae, Christus meritivae, gratia reputativae, fides subiectivae, charitas activae, sacramentum significativae, praedicator ministrativae, verbum doctivae, opera probativae, omnia armativae et testudinativae et Cocleativae, ergo non sola fides iustificat, ergo Lutherus est haereticus, ergo Cocleus est armatus vir.² 12

Iohannes Cochlaeus.

Quod autem addit decem salvatores, nec id quidem libro meo, sed articulo ipsius contrarium est. Caeterum ludicra et ridicula eius 15
 adverbia digna non sunt, neque ut recipiantur, neque ut frustra redarguantur, sed ut potius simul cum ipso risu in vacuum aëra transmittantur. Nam et vitulus ipse ubique fere loquitur mugitivae, boativae, 18
 bubulativae, nugativae quoque et maniativae, criminativae item et calumniativae atque (ut denarium quoque numerum compleamus) nutativae, turbulativae, fraudativae. 21

Martinus Lutherus.

Vides ergo nullum librum esse tam malum, quin in aliqua parte sit bonus, ut Plynius³ putavit. Nam si Cocleus hic non docuisset, salutem etiam per Deum, 24
 per Spiritum, per sacramentum venire, ubi staret ecclesia? ubi fides? ubi ullus Christus? Gratias Atlanti novo, qui ruiturum coelum robustis istis et bene armatis humeris sustentat. Sed satis sit lusum in stolidum istud caput, 27
 pro amici obsequio, serio de istis rebus paululum loquamur, non propter Coclaeum, qui ceu porcus indignus est, ut margaritum istud pretiosum ante eum proiciatur⁴; sed propter eos, quos vehementer movet, quod dixi: 30
 C^v || Sola fide nos iustificari, cum in Apostolo dictio illa 'sola' non invenitur. Et causantur temere et impie a me adiectam, pro meo statuendo errore. Huius ergo temeritatis meae rationem reddam, et me cum modestia expurgabo, ut 33
 videant, et me posse humiliter et modeste rationem reddere, ubi tales fuerint, qui digni sint audire verbum Dei.⁵

20 nutative] mutative B 21 turbative B 24 si—non] nisi Cocleus hic nos L

1) Jac. 1, 21. 2) LWW 11, 298 Z. 18 — 299 Z. 5 (IX.). 3) Nat. Hist. 27, 3, 2, 8 (nach LWW 11, 299 Anm. 1). 4) Matth. 7, 6. 5) LWW 11, 299 Z. 6—18 (X.).

7137137

Iohannes Cochlaeus.

Nunc videamus (modo tu, Nesene, hanc mihi licentiam a vitulo
 3 tuo impetres), qualenam sit illud eius margaritum (ut iactitat), quo
 indignus ceu porcus est Cochlaeus'. Quid mirum? Hic enim modeste
 et humiliter (ut promittit) rationem vult reddere dicti sui de sola fide.
 6 At nunquam antea sic humiliter et modeste, sed semper vitulative et
 ludoritative rationem reddere audivit eum infortunatus Cochlaeus.
 Quae est autem tam grandis huius novae humilitatis et modestiae
 9 causa? Quia admonuit nuper eum et ad oculum ostendit Cochlaeus,
 nusquam haberi in Paulo, nos sola fide iustificari. Cur ergo admo-
 nitor iste adeo fidelis et opportunus, qui eum ab isto crasso errore
 12 (quem tamen ipse intra totum quinquennium neque per sese neque
 per tot socios suos, quamlibet oculos, unquam videre aut animad-
 vertere potuit) liberavit, ceu porcus habetur ab ipso indignus, ut mar-
 15 gariticam hanc rationem audiat? Quia timet astutus iste vitulus, ne
 cornua sua erigat in ipsum parva quidem, sed animosa ista Co- || chlea, *Bijr*
 ut ei velut falsario Pauli blaspheme insultet eumque sacrilegae im-
 18 posturae redarguat, quod falso isto praestigio tamdiu ludificaverit
 totum (ut ipse putat) orbem, quod implissimam saepe dixerit in sacram
 Iacobi apostoli epistolam blasphemiam, ob id, quia negatur in ea vel
 21 apertissimis verbis iustificari nos sola fide, quodque in plerisque libris
 suis negaverit eam epistolam Iacobi esse, hic vero sua sponte Iacobi
 esse confiteatur, quando dicit „teste Iacobo”¹. Sed si tu mihi, Nesene, *Iacobi 2[1]*
 24 gratiam et aures audiendi² a vitulino isto deo tuo fidelis intercessor
 impetraveris, condonabo ego ei (ut audire mihi liceat) istud interim *Vitulinus*
 falsi crimen in Paulum ab eo admissum; sacrilegii praeterea contume- *deus*
 27 liaeque et calumniae atque etiam blasphemiae, quibus in beatum
 Iacobum impie egit, non memorabor, si me quoque hoc suo margarito
 beaverit, ut sim dignus audire verbum Dei.

30 Martinus Lutherus.

Primo ego conatus sum reddere, quam potui clarissime, vim Paulinae
 sententiae, quam sophistae diuturno et sacrilego verborum abusu penitus
 33 obscurarunt.³

7 iudicative B 9 eum nuper B (*durch Umstellung*) 17 blasphemio B
 23 □ < B 31 Primo] Primum L Primum, inquit B. *Das hier beginnende Zitat*
ist auch in B aufgenommen, doch ohne die vorhergehende und nachfolgende Überschrift.

1) Jac. 1, 21. 2) Matth. 11, 15; 13, 9 u. ö. 3) LWW 11, 299 Z. 19—21 (XI).